



De Euripidis Iphigeniae Tauricae versibus 392—466

von


Oberlehrer Dr. Rethfeld.

Beilage

zu dem Jahresbericht des Gymnasiums zu Stolp
für das Schuljahr 1903/04.

Stolp i. Pomm.
W. Delmanzosche Buchdruckerei.
1904.

1904. Programm No. 176.



Codices, quibus Euripidis Iphigenia Taurica continetur, admodum recentes sunt. Nam cum novem fabulae Euripideae vetustioribus melioribusque codicibus traditae sint, nostra fabula ex iis duodecim ceteris est, quae in recentioribus codicibus extant, quorum uterque saeculo quarto demum decimo scriptus est, scilicet cod. Laurent. 32, 2, chartaceus, et codex Palatinus, nunc Vaticanus 287, membranaceus. „Codex Palatinus descriptus est ex codice Laurentiano et valet id unum fere, ut scripturae primae manus codicis Laurentiani statui possint. Librarius codicis Palatini in describendo saepe litteras et syllabas omisit, itacismo qui dicitur deceptus complura peccavit, permulta compendia male reddidit.“¹⁾ In versibus poetae interpretandis brevitatis causa cum Weckleinio codicem Laurentianum littera L eiusque manus correctrices l, codicem Palatinum P eiusque manus correctrices p significare mihi liceat.

In prologo fabulae Euripides Iphigeniam somnii visu perterritam e templo egredientem inducit ut animum levet. Quae cum somnio permota Orestem fratrem mortuum opinetur, inferias ei facere constituit, qua re argumentum actionis praeparatur. Deinde postquam Orestes et Pylades in scena collocti exierunt, virginum Graecarum chorus prodit, cuius dux Iphigeniam interrogat, cur virgines arcessiverit. Quae eas admonet ut inferias offerant, quas ipsa Oresti datura est. Tum pastor quidam producitur, qui duos Graecos, quamvis fortissime re-

1) Euripidis fabulae edid. R. Prinz et N. Wecklein, Vol. II, Pars I. Iphig. Taur. ed. N. Wecklein, Lipsiae in aed. Teubn. MDCCCXCVIII Not. Ind.

2) Ibidem.

stitissent, captos esse narrat; quorum alterum Pyladem nominari, alterius vero nomen ignotum esse. Illi Iphigenia mandat, ut Graecos illos viros arcessat, cum ipsa secum loquatur, chorus autem carmen melicum, primum fabulae stasimon, canere incipiat. Quod carmen compositum est ex duabus strophis totidemque antistrophis. Versus, qui deinceps succedunt, ex anapaestis constant et duo systemata anapaestica intellegenda sunt; utriusque enim terminus versu paroemiaco significatur. Stasimi autem metrum modosque spectantibus nobis versus logaoedici offeruntur, genere impari compositi; dactyli enim et trochaei in singulis membris (κῶλοις) inter se miscentur. Atque initio quidem cum prioris strophae antistrophaeque tum duorum enuntiatorum, ex quibus constant, fortasse ut chori commotionem novaque audiendi studium depingat, poëta celeriores numerum exhibet, ita ut plurimi pedes dactyli aut trochaei in tribrachos dissoluti sint. Sub finem vero numerus lentior fit, ut glyconeus et postremo pherecrateus inveniantur. Quod ut clarius perspiciatur, facere non possum, quin de metro accuratius dicam, praesertim cum in iis versibus, quos explicaturus sum, metrum multum valeat. — Versus logaoedici ab Euripide, ut ab omnibus recentibus et tragicis et comicis poëtis liberius tractantur. Brevissimus eorum est versus Adonius (v. Ad.) (— ∪ ∪ — ∪). Multo saepius reperiuntur tripodiae (tr. l.) aut tetrapodiae logaoedicae (tetr. l.), quarum illae acatalecticae (— ∪ — ∪ ∪ — ∪) pherecratei (ph.), hae catalecticae (— ∪ — ∪ ∪ — ∪) glyconeus versus nominantur. Prout dactylus primo, secundo, tertio (scl. in gl.) loco positus est, ita versus primus, secundus, (tertius) pherecrateus (ph. I, II) aut glyconeus (gl. I, II, III) appellatur. In stropha et antistropha non raro primus pherecrateus vel glyconeus secundo, secundus glyconeus tertio respondet (∞). Trochaeorum loco saepe alii pedes ab illis poëtis usurpantur: raro dactylus, saepe spondeus aut tribrachus. In carminibus melicis trochaei arsis (Senkung, syllaba brevis, quae ictum non habet) crebro opprimitur (πὸς τρίσημος) (L syncope, s.). Rariores quam pherecratei et glyconeus sunt pentapodiae (p. l.) et hexapodiae logaoedicae (h. l.), in quibus

duo dactyli frequentantur. Omnes hi versus aut acatalectici (ac.) aut catalectici (c.) saepe cum anacrusi (an.), quae dicitur, coniuncti sunt. Quae ex una syllaba aut brevi aut longa aut ex duabus brevibus syllabis constat semperque versui praeludit.

Chorus Bosporum antiquitus clarissimum nautisque periculosissimum, quem etiam Orestes et Pylades navigaverunt, allocutus, qui tandem illi populares sint, qua ex parte Graeciae venerint, quo consilio maximos labores subierint, quo modo summa navigandi pericula effugerint interrogat. Deinde optat, ut Helena, cuius culpa et dominae et suae ipsius res adversae effectae sint, Troia abiens in oram Tauricam perveniat ut sacrificata poenas solvat. Denique quanto patriae desiderio teneatur, chorus exponit, prosperum in patriam reditum et laborum servitutisque finem sperans, et perorat, postquam Orestem Pylademque a pastoribus adductos manibus vinctis conspexit.

Ac primis quidem verbis *κυάνεαι, κυάνεαι σύνοδοι θαλάσσας* poëta sine dubio Bosporum Thracium significat. Cum unum mare confluere non possit, singularem pro plurali numero a poëta positum esse perspicuum est. Quae duo maria sunt Propontis et Euxinus qui dicitur Pontus; haec in Bosporum confluentia poëta fingit. Re vera Bosporus non confluens duorum marium illorum est, sed fretum, viginti duo milia passuum longum, quo ea coniungantur. Vox autem *κυάνεος* i. e. „caeruleus“ vel „nigricans“, quae et de aqua et de mari dicitur, per *ἀναδίπλωσιν* iteratur, quae figura etiam in versu 403 *ἔβασαν, ἔβασαν* usurpata, ab Euripide non raro cum in canticis lyricis tum maxime in monodiis eo consilio adhibetur ut sententiae gravitas augeatur. Hoc loco *κυάνεος* non omnino de mari, sed proprie de Bosporo dici mihi videtur. Qui proprius huius vocis usus confirmatur epigrammate¹⁾ Calchedonio: *εἴτ' ἐπὶ Κυανέας δίνας δρόμος, ἔνθα Ποσειδῶν καμπύλον εἰλίσσει κύμα παρὰ ψαμάθοις*. Et Bosporus et Pontus Euxinus *κυάνεα πελάγη* denominata sunt, fortasse a rupibus illis duabus, quae ibi sitae esse existimabantur, ubi Bosporus et Pontus Euxinus confluent.

1) CIG. 3797.

Hae enim a Graecis Κυάνεαι scilicet πέτραι vel ἀπταί appellatae sunt velut in Eur. Andromachae versu 864: διὰ Κυανέας ἐπέρασεν ἀπτάς (cf. ad v. 416.) Hunc locum ut fabulosum chorus alloquitur et Graecos quoque eum navigasse persuasum habet. Itaque quamquam veri speciem prae se ferre videtur id quod Weckleinus¹⁾ putat more epico hic primum locum, quo navigatio facta sit, deinde navigationem ipsam describi, et quamquam concedendum est saepe cum ab aliis poëtis tum ab Euripide primum nominari locum et deinde demum narrari quid ibi factum sit, tamen assentiri valde dubito, quia semper res ita se habet, ut narratio incepta loci descriptione interrumpatur, velut in huius fabulae versibus 260—63 et 1449—50.

Qua autem re Bosphorus antiquitus clarus sit, proximis verbis ἔν — διαμείψας significatur. Neque enim dubium est quin ea verba ad miseram illam fortunam laboresque acerbos Ius referenda sint. Quae, Inachi regis Argivorum filia, a Iove amata, ut ab insidiis Iunonis iratae defenderetur, in iuvenecam mutata erat. Sed oestro a Iunone misso assidue stimulata, Argo depulsa Bosphorum transnaverat et Asia quoque pererrata postremo in Aegypto conquieverat. Quamquam non desunt interpretandi difficultates. Nam etiamsi Hermannus²⁾ ἦν quod traditum est, recte in ἔν mutavit, quia hic quoque, cum ἦν retineri non possit, commutatio propter itacismum codicibus irrepsisse videtur et pro ἐῴξεινον Marklandus bene ἄξεινον scripsit, tamen graviolem difficultatem inesse apparet, quod post διεπέρασεν duas syllabas productas deesse antistropha docemur. Quid poëta scripserit, pro certo dici nequit; itaque nonnulli editores velut Klotzius³⁾, Nauckius⁴⁾, Bruhnius⁵⁾ lacunae signum fecerunt.

1) Ausgewählte Tragödien des Euripides, für den Schulgebrauch erklärt von N. Wecklein, Iphigenie im Taurierland, 2. Aufl. b. Teubner, Leipzig, 1888.

2) G. Hermann, Eur. Iphig. Taur., Leipz. 1833.

3) Euripidis trag. recens. Reinh. Klotz, Gothae et Herfordiae 1860 s. Henn.

4) Eur. trag. ex recens. Aug. Nauckii ed. III i. aed. Teubn. Lipsiae 1885.

5) Ausgew. Trag. des Eur. 2. Bdchen., Iph. a. Tauris, erkl. von Schoene u. Koechly, 4. Aufl. von E. Bruhn, Berl. b. Weidm. 1894.

Weckleinus¹⁾ nunc proponit διεπόρευσε τὰν βοῶν „iuveneam traiecit“, fortasse ut appareat ποῆtam significare voluisse, quomodo nomen Bospori a verbis βοῶς πόρος „vadum bovis“, scl. Ius, ortum sit. Sed etsi Graecos nomen illud ita ut Weckleinus asseverare videtur, derivasse et maxime Euripidem eiusmodi etymologias adamare (cf. Herc. 153—54 et Bacch. 286—87) notum est, tamen Weckleinii coniectura probanda non esse mihi videtur. Nam activum verbi διαπορεύειν ita usurpatum ut cum accusativo coniunctum „aliquem traicere“ „jemanden übersetzen“ significet, rarissime invenitur. Praeterea autem Weckleinii remedium paulo audacius est. Neglegit enim plane id quod l. addidit, scl. particulam ποτέ, quamquam l. aliquid tribuendum esse vel inde apparet quod in versu qui antecedit, loco participii πετόμενος, quod codices exhibent, bene ποτώμενος scripsit. Fieri enim poterat ut l. e vetustiore codice, quem cum L. contulit, hauriens, lacunam quam invenit, explere conaretur, etsi hoc loco l. errasse concedendum est, cum particula ποτέ, quia duas syllabas non productas continet, quin spuria sit, dubitari non possit. Multo melius Schoenius locum sanare studuit eo quod ἐπ' οἶδμα δεεπέρασε πόντου scripsit, et Erfurdus, qui cum Kirchhoffius²⁾ non bene accusativum Ἴώ suppleverit, ποτέ in genetivum Ἴοῦς mutavit. Hanc coniecturam plurimi editores in textum receperunt. Numerus enim litterarum idem est, scl. quatuor; praeterea inter se non dissimiles sunt: Π et I, Υ et T, C et E. Qua de re accuratius Badhamus³⁾ verba facit, tribus exemplis docens, quam facile propter litterarum similitudinem pro IOYΣ ΠOTE a librario scribi potuerit. Praeterea, si Ἴοῦς recipitur, alia mutatio omnino necessaria non est. Tum enim verba οἶστρος ὁ ποτώμενος Ἀργόθεν Ἴοῦς ποῆτικῶς dicta accipienda sunt pro ἡ οἶστρον Ἀργόθεν ποτωμένη Ἴώ, ita ut personae actio non personae ipsi tributa sit, sed causae,

1) Bauer-Wecklein, Iph. a. Taur. für den Schulgebr. erkl., 4. Aufl. bearbeitet v. Wecklein, München b. Lindauer, 1901.

2) Kirchhoff, grosse krit. Gesamtausgabe des Eur., Berlin 1855.

3) Badham, Εὐριπίδου Ἰφιγένεια ἢ ἐν Ταύροις, Ἐλένη, London 1852.

qua actio effecta est. Tamen, quamquam hac in re poëtas liberius dicere concedo, ne Erfurdtii quidem emendationem probare queo, cum genetivus Ἰοῦς longius ab eo substantivo distet, ad quod pertinet (οἷστρος). Tum facere non possum quin Euripidem ut oestrum nominat, ita etiam iuveneam, quam ille persequabatur, non Io ipsam appellavisse existimem. Utrumque enim, et iuvenca et oestrus, poëtae animo observatur spectatoribusque hoc modo describere videtur: Hic illam insectari non desiit et quotienscunque defatigata tarde ibat aut acquiescere volebat, eam consecutus rostro acri sauciabat et denuo propellebat. Nam in Aeschylī Prom. versibus 566, 675, 681 Io de se ipsa dicit: χρίει τις αὖ με τὰν τάλαιναν οἷστρος . . . μύωπι (οἷστροφ) χρυσθεῖσ' ἐμμανεῖ σκιρτήματι ἤισσον . . . οἷστροπλήξ δ' ἐγὼ μάλιστα θεία γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι . . . Ita ad Bosporum pervenit, quem transnat. Qua de causa Bergkīus ποτὲ bene in πόρτιν mutavit et διεπέρασε πόρτιν scripsit: πόρτις enim ab Aeschylō in Suppl. v. 42 verbis: Δίον πόρτιν ὑπερπόντιον Io ipsa et in v. 313 Epaphus, filius eius, nominatur. Etiam apud Sophoclem hoc vocabulum occurrit in Trach. v. 530: ὥστε πόρτις ἐρήμα. Genetivus singularis legitur in Iliadis v. V 162: πόρτιος ἡὲ βοῶς ξύλοχον κἀτα βοσκομενάων. Sed διαπερᾶν cum accusativo coniunctum, ut idem sit quod germanice „jemanden übersetzen“ nisi apud Lucianum in lingua Graeca non extat. Quod verbum sine dubio absolute ab Euripide hic ita usurpatur, ut idem valeat quod „transire“ „transvehi“. Itaque cum hoc loco conferri potest Π. II 613: δῶκεν . . . νῆας εὐσσέλμους περᾶν ἐπὶ οἴνοπα πόντον. Etiam Euripides, quamquam accusativum cum verbo διαπερᾶν coniungit, tamen non personam, quam aliquis traicit, sed locum, quem aliquis transit, in accusativo ponit in Tr. v. 1152: Σκαμανδρίους γὰρ τάσδε διαπερῶν ῥοᾶς . . . Tum syllaba altera accusativi πόρτιν producta non est, quamquam verbo antistrophico αὔραις postulatur. Itaque haud scio an poëta dativum πόρτι scripserit, quem proponere velim. Eo enim tempore, quo iuvenca Bosporum transnat, cum omnia membra eius, etiam cauda, in aqua versentur, ab oestro, i. e. a bestia illa, se defendere non potest, et quia aquarum impetu

valde impeditur, ille propius accedit, supra eam volitat, interdum in tergo vel cervice vel capite considit eamque sauciat, ut iuvenca quasi scapha vel cymba sit, qua oestrus fretum transvehitur. In dativo offendi nequit; est enim dativus instrumenti. Metro² autem coniectura optime satisfacit, cum utraque syllaba producta sit. Accedit quod remedium est lenissimum. Facile enim alter librarius vocem πόρτι, praesertim cum in exitu versus posita esset, omittere poterat, alter, quia Ἀσιήτιδα sequebatur, formae διεπέρασε ἢ ἐφελκυστικόν addidit, i. sive errore, sive quia vocabulum vel formam πόρτι omnino non noverat vel non intellegebat, ποτὲ „aliquando“ „einstmals“ scripsit.

In versibus qui sequuntur Ἀσιήτιδα γαῖαν — Εὐρώπας διαμείψας „Asiam Europa permutans i. e. Europam relinquens et simul in Asiam perveniens“ et in τίνες ποτ' — βρότειον maiores difficultates non insunt. Verbi enim διαμείβειν structura a poeta adhibita inusitata non est; cf. Sol. fr. 15: ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον; quamquam plerumque verba διαμείβειν et ἀλλάττειν cum genetivo et accusativo ita coniungi solent, ut id quod aliquis accipit, in genetivo, quod dat, in accusativo ponatur. Neque haerendum est in διαμείψας. Participio enim aoristi saepe aliquid non ante aliquam rem, sed eodem tempore factum esse significatur.¹⁾ Io eodem tempore quo Europa Asiam permutat, Bosporum qui illas terras dirimit, transnatat. Nonnunquam fieri non potest quin, si verbum finitum aoristi formam praebet, etiam participium eam assumat, veluti in verbis φθάνω, λανθάνω (λάθε βιώσας)²⁾. Itaque Weckleinus sine causa satis iusta διαμείψας in διαμείψαι mutare studet. — Pronomen τίνες particula ποτὲ confirmatur, quae idem valet quod latine „tandem“, germanice „in aller Welt“, „denn“. Idem fit particula ἄρα, quae vernacula lingua aut verbo „nun“ aut omnino non vertenda est. — Sed viris doctis offensioni fuit accusativi forma δονακόχλοα

1) Cf. Krueger, Griech. Gr. I 53, 6, 8, et Madvig, Syntax der griech. Sprache, § 183, Anm. 2.

2) Cf. U. de Wilamowitz-Möllend. Eurip. Herc. II 278, ad v. 1378.

adiectivi *δονακόχλοος*, veluti Emsleyo, qui *δονακόχλοον* proposuit, quod Koechlyus recepit Bruhniusque retinuit. Non recte. Nam codices hanc formam exhibent et quamquam usitata non est, tamen, cum non solum verborum *λευκόχροος* et *κυανόχροος* accusativi *λευκόχροα* et *κυανόχροα* inveniantur, sed etiam adiectivi *ἔγγλοος* accusativus *ἔγγλοα* apud Nicandrum in Ther. versibus 676 et 855 legatur, formam *δονακόχλοα* ipsam defendi posse puto, ita ut retinenda esse mihi videatur. — Iam vero idem quod *δονακόχλοος* „arundinibus virens“ „schilfumgrünt“ et *εὐδρως* „aqua abundans“ „wasserreich“ epitheta, *δόνακι χλωρός* et *ὕδρεις* valent, quae a poëta nostro in Helenae versibus 349—50 Eurotae tribuuntur: τὸν ὑδρόεντα δόνακι χλωρὸν — Εὐρώταν . . . Cur autem chorus Sparta (Εὐρώτας) aut Thebis (βρύματα Δίρκης) Graecos venisse suspicetur manifestum est; illae enim urbes antiquitas et fabulis clarissimae et opibus potentissimae erant. — Ut hic verbum *βαίνειν*, ita saepe verba intransitiva movendi a poëtis praepositione *εἰς* vel *πρὸς* omissa cum accusativo coniunguntur veluti in Eur. Bacch. primo et quinto versu, ubi Bacchus dicit: ἦκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίων χθόνα et *πάρειμι Δίρκηςνάματ' Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ*. — Adiectivum *ἄμικτος* significat terram a convictu hominum et societate alienissimam idemque valet quod Latine „inhospitalis“ vel „inhospitus“, nostrates autem „ohne Verkehr“, „unwirtlich“ notant. Eodem modo hoc adiectivum ab Isocrate in or. IX § 67 usurpatur: τὸν δὲ τόπον ἄμικτον ὄλον παραλαβὼν καὶ παντάπασιν ἡγρωμένον ἡμερώτερον καὶ πραότερον κατέστησεν. — Verba quae insequuntur *ἐνθα—βρότειον*, i. e. „ubi (apud Tauros) sanguine hominum Iovis filiae (Dianae) immolatorum ara eius tinguitur“, offensionis ansam non praebent. Nam leniter et recte iam Elmsleyus verba quae codicibus traduntur, *κούρα διατέγγει* in *κούρα Δία τέγγει* et *περὶ κίονας ναοῦ* (l. *ναῶν*) in *περικίονας ναοῦς*, i. e. „templum ab omnibus partibus columnis cinctum“ mutavit. — Multo maiores difficultates offendunt in antistropha. Nam codicibus traditur: *ἡ βοθλοῖς ἐλατίοις* (l. *εἰλατίοις*) *δικρότοις κώπαις* *ἐπλευσαν* . . . *ναῖον ὄχημα λινοπόροις αὔραις*. — Cum hoc enuntiatum interrogationis sententiam prae se ferat, iam Barnesius

voculam ἥ recte intellexit particulam interrogativam. Multo magis in eo offenditur quod de verbo ἔπλευσαν accusativus νάιον ὄχημα pendet. Quamquam non desunt qui cum Hermanno ἔπλευσαν hoc modo defendi posse putent: Cum verbis, quibuscum accusativus obiecti coniungi nequit, non modo accusativus eorum substantivorum coniungitur, quae ab eadem stirpe, a qua verbum ipsum, derivantur, sed etiam eorum quae iis similia sunt. Quod ex his exemplis elucet: Soph. Phil. v. 1038: ἐπεὶ οὐποτ' ἂν στόλον — ἐπλεύσατ' ἂν τόνδ' εἴνεκ' ἀνδρὸς ἀθλίου et Oed. Col. v. 1166: τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προσθακῶν ἔδραν. Ab hac explicatione non multum ea differt, quam Wilamowitz - Moellendorffius¹⁾ protulit. Multis enim exemplis undique collectis verba ἔπλευσαν νάιον ὄχημα λινοπόροιςιν αὔραις sic interpretatur: πλέομεν γὰρ νηὶ ὀχούμενοι ἀνέμοις et addit: „Der Akkusativ ist Kasus des Objekts; als solcher tritt er auch bei intransitiven Verben auf, nämlich als Apposition zu dem Objekte, welches diese neben dem abstrakten Begriff der Aktion enthalten; und so kann er auch zu einem solchen Objekte appositionell hinzutreten, wenn es durch einen ganzen Satz gegeben ist“. Sed tenendum est²⁾ substantivum ὄχημα ab Euripide semper ita usurpari ut idem valeat quod „vehiculum“, „currus“ „Fahrzeug, Wagen,“ non quod vectio „die Fahrt“, et verbis ὄχημα νάιον nihil significari nisi navem ipsam, non cursum navalem „Fahrt zu Schiff“, „Seefahrt“. Itaque etiamsi Sophocles dicit στόλον πλεῖσθαι, tamen Euripidem ὄχημα νάιον πλεῖν scripsisse mihi persuadere non possum. Praeterea iis quae antecedunt, verbum postulatur, in quo notio movendi, pellendi insit. Itaque ἔπλευσαν spurium esse veri simillimum est. Qua de causa Bergkiius ἔπλευσ' ita proposuit, ut ὄχημα subiectum sit; at, cum illa vox metro repugnet, Kvičala eam in ἔπλευσεν vel ἔπλευσ' ἄρ' mutavit. Quae quidem coniectura propter participium pluralis αὔροντες probari nequit. Alii viri docti alia verba transitiva ita con-

1) In editione Herculis Eurip. vol. II, p. 63.

2) sic etiam Bruhnius.

iecerunt, ut verbo πλεῖν et formae ἔπλευσαν quam simillima essent; veluti Tuckerus ἔσπευσαν „properaverunt“. Sed raro cum accusativo, nunquam cum νῆα coniunctum invenitur, quamquam cum dativo „ἔρετμοῖς“, vernacula lingua „sie eilten mit den Rudern“, „sie ruderten schnell“; Goramus ὄπλισσαν „navem paraverunt“ „sie rüsteten ein Schiff aus“, Rauchensteinus ἔπεμψαν „miserunt“, non male Musgravius ἤπειξαν „urserunt“, Dindorfusque πόρευσαν „adduxerunt, moverunt“, Stadtmuellerus ἔκελσαν. Hoc verbum plurimis editoribus ita placuit ut in textum receperint. Neque tamen mihi probatur. Nam etsi formae ἔπλευσαν et ἔκελσαν inter se valde similes sunt et ab Euripide verbum κέλλειν saepius usurpatur, tamen semper idem fere valet quod „appellere“, „pervenire“, „landen“, „gelingen“ veluti in Iphig. Aul. v. 167: ἔμολον . . . Εὐρίπου διὰ χευμάτων—κέλσασα στενοπόρθμων, Hipp. v. 140 κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον. Deinde πορεύειν non cum νῆα, sed cum accusativo eorum verborum coniunctum invenitur, quibus personae significantur, ut nostra lingua significet „lasse reisen“, „bringe“. Melius mihi placet ἤπειξαν; nam cum verbo ἐπείγειν saepe νῆα coniungitur; sed dicitur de vento secundo, quo navis urgetur, ut moveatur, non de remis. Itaque equidem verbum ἐλαύνειν proponere velim, quod saepe a poëtis ita usurpatur ut significet „pellere“ „treiben“ et accusativo νῆα addito aut omisso „rudern“; veluti in Odysseae XV v. 502: ὑμεῖς μὲν νῦν ἄστουδ' ἐλαύνετε νῆα μέλαιναν et in Il. XIII v. 27 βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ' ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ. Interdum pro νῆα ponitur πόντον, νῶτα „mare“, „tergum maris“, veluti in Il. v. VII 5—6 εὐξέστης ἐλάττησιν — πόντον ἐλαύνοντες . . . et in Eurip. El. v. 731: τὰ δ' ἔσπερα νῶτ' ἐλαύνει — θερμᾶ φλογὶ θεοπύρῳ . . . Quibus de causis κόπαις ἔλασσαν ἐπὶ πόντια κύματα νάιον ὄχημα a poëta scriptum esse nescio an viri docti mihi concedant. Neque enim forma epica cuiquam offensionem esse potest, cum epicae dialecti formae, in quibus σ aoristi duplicatur, ab Euripide interdum adhibeantur, veluti in Herc. v. 381: καὶ ψαλλίους ἐδάμασσε πώλους . . . et in Hecubae versibus 1067—1068: εἶθε μοι ὀμμάτων αἵματόεν βλέφαρον ἀκέσσαι τυφλὸν ἀκέσαι, Ἄλιε.

Non minus haerent interpretes in forma ἐλατίνοις. Nam etsi l. post ε bene ι addidit, tamen exitus ος offensione non vacat. Itaque Seidlerus ο in α mutavit et Badhamus, Nauckius, Weilius¹⁾ lectionem ῥοθίοις εἰλατίνας δικρότοισι κώπαις probaverunt. Sed difficile ad intellegendum videtur esse, quomodo dativi interpretandi sint. „Strepitune biremi abiegno remo vecti sunt?“ „Sind sie vermittels des doppeltgeschlagenen Klatschens mit dem fichteneu Ruder über das Meer gefahren?“ Quae quamquam ita intellegi possunt, ut ab altero dativo instrumenti ῥοθίοις δικρότοις alter εἰλατίνας κώπαις pendeat, tamen hanc structuram ab Euripide usurpatam esse vix est credibile. Itaque alio modo Kirchhoffius locum sanare conatus est; proposuit enim scribendum: ῥοθίοις εἰλατίνοις δικρότοις κώπας. Sed etsi liberius adiectiva cum substantivis coniungere poëtae licet, tamen ab Euripide εἰλατίνοις ῥοθίοις „strepitu abiegno“ „durch das fichtene Rauschen“ dictum esse concedere non possum. Melius scripserunt Reiske ῥοθίοις εἰλατίνας δικρότοις κώπας et Weckleinius ῥοθίοις εἰλατίνας δικρότοις κώπας „durch die doppelt, d. h. auf beiden Seiten des Schiffes geschlagenen Schaumwellen des fichtenen Ruders“. Genetivus κώπας videtur iis esse subiectivus; nam remorum abiegnotum pulsu fluctuatio efficitur. Tamen omnes has coniecturas reiiciendas traditamque lectionem retinendam esse censeo. Errasse enim viri docti mihi videntur ῥοθίοις hoc loco substantivum (τὸ ῥόθιον) esse rati, quo quidem sensu plerumque adhibetur. Nam equidem formam ῥοθίοις ab adiectivo ῥόθιος (ον) „strepens“ „rauschend“ ducendam esse puto. Hoc modo ab Homero in Od. vv. VIII 411—412 ἀμφὶ δὲ κύμα — βέβρυχεν ῥόθιον et ab Euripide in Hel. vv. 1116—1117 ὅτ' ἔμολεν, ἔμολε, πεδία βαρβάρῳ πλάτα δὲ ἔδραμε ῥόθια, . . . et in fabula nostra ipsa i. v. 1133²⁾: ἐμὲ δ' αὐτοῦ προλιποῦ—σα βήσεις ῥοθίοις πλάταις usurpatum invenitur. Itaque κώπη ῥόθιος est remus, quo strepitus undarum efficitur, germanice „das Rauschen hervor-

1) Weil, Sept tragédies d'Euripide, Paris 1868.

2) Citat locum etiam Bruhnius ad versum 407.

bringende, das rauschende Ruder,“ ῥοθίοις κώπαις „durch die rauschenden Ruder“; εἰλάπινος adiectivum tres exitus habere solet. Itaque Seidlero auctore, id quod supra commemoravimus, ο in α mutandum est. Facile enim, cum et in antecedenti et insequenti adiectivo exitus οἰς inveniretur, librarii errore ο pro α scribi poterat. Denique δίκροτος dicit poëta „pulsans scl. aquam, ab utraque parte (navis)“ „mit Geräusch auf beiden Seiten (des Schiffes das Wasser) stossend, (auf das Wasser) aufschlagend“, cum et a dextra et a sinistra parte navis singuli remi aquam pulsant. Itaque verba ῥοθίοις εἰλαπίνας δίκροτοισι κώπαις germanice vertenda sunt „durch die rauschenden, fichtenen, zu beiden Seiten mit Geräusch aufschlagenden Ruder“, liberius „durch den rauschenden Doppelschlag der fichtenen Ruder“. Quae quin vera Euripidis verba sint, vix dubium esse potest. Iam vero adeo non in eo offendendum est quod cum uno substantivo tria adiectiva in dativo pluralis posita coniunguntur, ut potius varii exitus οἰς αἰς οἰσι iucundi ad aures accidant. — Non minus interpretes offendunt in λινοπόροις. Adiectivum λινοπόρος idem valet quod „per vela transiens“ „durch die Segel streichend“. Aurae autem, quae per vela traeseunt, simul ea promovent ita ut navem agant. Itaque quamquam id vocabulum alio loco non invenitur, tamen cum a poëta nostro (Troad. 877) πλάτη ναύπορος dicatur, etiam λινοπόρος ab eo formatum aut saltem alienum non esse concedi potest. Quare cum id sententiae quoque bene respondeat, mutationes Rauchensteinii λινοτόνοις ἐν, Bergkii λιγυθρόοισιν aliasque reiciendas esse puto. Sed in forma λινοπόροις ea restat offensio, quod cum metro versus antistrophici non congruit; desideratur enim brevis syllaba inter λινοπόροις et αὔραις. Quae variis modis et restitui potest et restituta est; velut Weckleinus σύν interposuit. Non male. Sed levior est Erfurdtii mutatio, a quo λινοπόροισιν scriptum est. Quod cum satis defendi possit, probandum et in textum recipiendum videtur esse. Nam sicut in lingua Latina, ita in Graeca idem casus bis vel saepius in uno enuntiato sua quisque vi et potestate ponitur; praeterea hic alter dativus ab altero

seiunctus est tanto spatio, ut vix cuiquam offensionem esse possit. Navis remis propellitur et remigantes ventis secundis ita adiuvantur, ut interdum requiescere et se reficere possint. — Erfurdium secutus est Muffius¹⁾; Reiterus²⁾ autem λινοπόροις scripsit. — Verba quae sequuntur φιλόπλουτον ἀμίλλαν αὔξοντες μελάθροις „certamen quaerendarum divitiarum in commodum rerum domesticarum suarum augentes i. e. maiore studio suscipientes“ per enallagen figuram quae vocatur dicta sunt pro πλοῦτον, ὃν φιλοῦσιν, μελάθροις σὺν ἀμίλλᾳ αὔξοντες „mit Wett-eifer für ihr Haus nach Mehrung des geliebten Reichthums strebend“. Solebant enim Graeci mercatores quaestus causa saepe istas regiones petere. — Versus, qui sequitur, corruptus est. Codices enim sic habent: γένετ' (ἐγένετ' Aldina) ἐπὶ πῆμασι (P πῆμασιν) βρότων. Maxime offendimus in voce βρότων, quoniam postea ἀνθρώποις legitur; praeterea metrum versus cum strophico non quadrat. Itaque variis modis βρότων mutantis viri docti locum sanare conati sunt. Coniecerunt enim Weilius ἐγένετ' ἐλπὶς ἐπ' ἄχεσι βοτᾶ, Meklerus³⁾ ἐλπὶς γείνατ' ἐπὶ πᾶμ' ἔριν ὄτλων vertens: Die liebe Hoffnung ist's, die den auf Besitz gerichteten Wett-eifer der Mühen geschaffen hat, Musgravius ἐπὶ πῆμασι βιότων (Bothe βιότου), Koechlyus ἐπὶ πῆμασι πόρων, Madvigius ἐπὶ χρήμασι πόρων. Sed frustra; nam cum vox βρότων plane supervacanea sit, ut glossema sine dubio delenda est. Quo facto tamen desiderantur duae breves syllabae. Quas ut suppleret, Bergkius scripsit: φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ γε πῆμασιν „die süsse Hoffnung ist den Menschen unersättlich geworden bis zum Verderben“. Non male; mutatio enim levis est et enuntiati sententia facile intellegitur, cum haec verba eo quod sequitur planius explicentur. Nam homines qui insatiabili divitiarum cupiditate impulsus maria

1) Eur. Iphig. b. d. Tauriern zum Gebr. f. Schüler von Chr. Muff, b. Velhagen u. Klasing, Bielef.-Leipzig 1903.

2) Eur. Iph. a. Tauris für den Schulgeb. von S. Reiter, Leipzig b. Gustav Freytag, 1900.

3) Euripides Iphigenie in Taurien. Für d. Schulgebrauch erkl. von Dr. Siegfried Mekler, Gotha b. Perthes 1891.

barbarorumque urbes pervagantur, tanta pericula subeunt, ut fieri non possit quin iis, etiam his Graecis, aliquid accidat. Sed quamquam positio particulae γὲ satis defendi potest, tamen desiderari eam vix quisquam dicat. Itaque Weckleinius pro ἐπὶ πῆμασιν scripsit ἐπὶ ποθῆμασιν, ut similiter Englandus ἔν τε ποθῆμασιν. Neque enim male opinatur id vocabulum compendio, quod a librario facile neglegi poterat, πῆμασιν scriptum fuisse: „Die liebe Hoffnung ist den Menschen unersättlich im Verlangen und Suchen“. Praeterea ἐγένετ' mutat in γέγονεν. Sed hanc commutationem reiciendam esse arbitror. Nam et gravior est quam quae probetur et ποθῆμασιν retinendum esse nego, maxime eo quod intellegi nequit, unde praepositio ἐπὶ pendeat. Nam ab adiectivo ἀπληστος non, ut Weckleinius vult, ἐπὶ cum dativo, sed solus genetivus pendet. Ego quoque πῆμασιν errore vel neglegentia a librario scriptum esse opinor; non autem pro ποθῆμασιν, sed pro παθῆμασιν. Saepius enim plurali παθῆματα ea significantur quae alicui accidunt, calamitas, clades; velut in Soph. Oed. R. v. 1240: πύσει τὰ κείνης ἀθλίας παθῆματα et in Eur. Hippol. v. 570 ὃ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων et in nostrae ipsius fabulae v. 670: τὰ γάρ τοι βασιλέων παθῆματα — ἴσασι πάντες. Itaque haud scio an versus optime hoc modo scribi legique possit: φίλα γὰρ ἐλπίς ἐγένετ' ἐπὶ παθῆμασιν — ἀπληστος ἀνθρώποις. „Die süsse Hoffnung ist den Menschen unersättlich geworden bis zum Verderben“. — Spes divitias pariendi omnibus hominibus propria, cara est, sed non raro insatiabilis fit, id est, in nimiam pecuniae cupiditatem vertitur, qua inducti tanta pericula subeunt, ut facile iis aliquid accidat, ut calamitate afficiantur, in exitium ruant. Hortatur igitur Euripides homines ne immoderati sint. Nam eos qui insatiabili divitiarum cupiditate perducti maria urbesque barbarorum pervagantur, inani opinione pellici dicit in versibus qui sequuntur, cum calamitate affectis divitiae partae nihil prosint, neque eos intellegere se omnino divitiis solis beatos fieri non posse, quippe qui partis divitiis nunquam contenti sint. Verba enim κενῆ δόξα idem valent quod latine „falsa et inani opinione“, „in eitlem, tōrichtem

Wahne“. Dativus autem est dativus modi et adverbii¹⁾ fere loco positus. In codicibus *κοινὰ δόξαι* legitur; recte iam Elmsleyus iota subscriptum suo loco restituit. — Postrema verba antistrophae *γνώμα . . . ἦκει*, etsi a viris doctis vario modo explicata sunt, tamen ullam dubitationem in se non habent. Neque enim dubium est quin Euripides, ut facere solet, ad ea quae antecedunt, universam sententiam adnectat. Itaque Hermannus locum nostrum his verbis recte interpretatur: „Sed etsi aliis sententia est non modum tenens in divitiis, tamen aliis moderata est“. Poëta enim non modo alios immoderatos, alios moderatos esse dicere vult, sed etiam nimiam pecuniae cupiditatem vituperat, simulque contrarium, id est auream medioeritatem (Hor. Od. II 10, 1—5) praedicat atque commendat. Ut enim vox *καιρός* saepius idem valet quod *μέτρον*, sic, etiamsi non ita usurpatum invenitur, tamen veri simillimum est adiectivum *ἄκαιρος* idem valere quod *οὐ μέτριος*, et *γνώμα ἄκαιρος ὀλβου* significare sententiam in divitiis (conquirendis) modum non tenentem. Genetivus enim *ὀλβου* sine dubio adiectivum *ἄκαιρος* sequitur. Eiusmodi genetivus nominatur²⁾ relativus vel relationis. Cuius adiectivi *ἄκαιρος* contrarium inest in verbis *εἰς μέσον ἦκει*. Vox enim (*τὸ*) *μέσον* non raro idem valet quod germanice „die richtige Mitte“; veluti *εἰς μέσον διαίξιν* „unparteiisch richten, so dass der Spruch die richtige Mitte halte zwischen den Parteien“, et *τὸ μέσον τῆς σπουδῆς* „die richtige Mitte im Eifer, der massvolle Eifer“; *εἰς μέσον ἦκει* „ist in die richtige Mitte gekommen, hält die rechte Mitte, ist massvoll“. Itaque idem valet quod apud Aristot. Eth. 2, 5 *μέσως ἔχειν περί τι* „das rechte Mass halten in bezug auf etwas“. Saepius poëta noster moderationem commendat, veluti in Iph. Aul. vv. 543—54 eos beatos praedicat qui in amando eam adhibent: *μάκαρες οἱ μετρίας θεοῦ — μετά τε σωφροσύνας μετέ — σχον λέκτρων Ἀφροδίτας* et in

1) Madvig, Synt. d. gr. Spr. § 42 Anm.

2) Krueger, Gr. Gr. I 47, 21 et 26, 9 et Wil.-Moell. Eur. Her. II 74 ad v. 144.

v. 554—55 chorus modicam venustatem orat: εἴη δέ μοι μετρία μὲν — χάρις, πόθοι ὄσοι. — Itaque cum commutatio minime necessaria esse mihi videatur, tredecim¹⁾ coniecturas a viris doctis ad hunc locum factas omittere mihi liceat.

Alterius strophae primum versum codices hunc exhibent: πῶς τὰς συνδρομάδας πέτρας. Hic versus est glyconeus secundus, cui, ut non raro fit, glyconeus tertius in antistropha respondet: εἶθ' εὐχαΐσιν δεσποσύνοις. Idem fit in Soph. Phil. vv. 1124 et 1147: πόντου θινὸς ἐφήμενος (gl. II) ἢ ἔθνη θηρῶν, οὕς ὄδ' ἔχει (gl. III) et in Eurip. Phoen. vv. 210 et 222 ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων (gl. III) ἢ ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ (gl. II). Quam rem ita se habere cum multis exemplis probari possit, non esse mihi videtur cur cum Musgravio πῶς πέτρας τὰς συνδρομάδας scribatur, quod multi editores, etiam Weckleinius, Muffius fecerunt. Multo maiorem difficultatem metricam viri docti in eo versu qui sequitur, πῶς Φινειδάς ἀύπνους invenerunt, cum metro versus antistrophici Λήδας Ἑλένα φίλα παῖς postulari existimarent ut postrema syllaba vocis Φινειδάς producta esset. Itaque quamquam codices Φινειδάς exhibent, Rauchensteinus Φινειδᾶν proposuit, quod Koechlyus recepit. Cum Weckleinius de hac re taceat, Reiterus Muffiusque ut difficultatem tollerent, syllabam πνους et vocem παῖς cum versu qui sequitur coniunxerunt. Non recte. Nam versus sunt tripodiae logaoedicae acatalecticae cum anacrusi, sed ita ut in versu strophico pro dactylo trochaeus et pro trochaeo tribrachus sit positus. Hoc igitur modo legendi sunt:

πῶς Φινειδάς ἀύπνους — ' ∪ ∪ ∪ ∪ ' —
 Λήδας Ἑλένα φίλα παῖς — ' ∪ ∪ — ∪ ' —

Ea, imprimis in nominibus propriis, minime inusitata sunt; utrumque enim ab Euripide non raro fit; veluti in Here. fur. vv. 792 et 810:

ἔμην πόλιν ἐμά τε τείχη ∪ ' ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ' —
 ἢ δυσγένει' ἀνάκτων — ' ∪ ∪ ' ∪ ' —

et in Iph. Aul. vv. 234 et 245:

1) Prinz-Wecklein, in appendice, p. 69

ὡς πλῆσαιμι, μείλινον ἄδονάν ᾶ — ᾶ ὦ ᾶ ὦ ᾶ ᾶ ᾶ
 παῖς ἦν, Ταλαὸς ὄν τρέφει πατήρ. ᾶ — ὦ ὦ ὦ ᾶ ὦ ᾶ ᾶ ᾶ

Iam de forma Φινειδᾶς pauca dicenda sunt. In LP legimus Φινηιδᾶς, I Φινειδᾶς. Non autem est quod Φινηιδᾶς commutetur. Nam neque metrum desiderat et postea videbimus etiam Νηρηιδῶν, quod codices exhibent, retinendum esse. Itaque versus optime eodem modo scribitur, quo in codicibus extat:

πῶς Φινηιδᾶς ἀύπνους — ᾶ — ὦ ὦ ὦ ᾶ —.

In enuntiatis interrogativis, quibus tota stropha continetur, poëta describit qua via Graeci in Tauros pervenerint et quam periculosa eorum fuerit navigatio. Rupes enim illae duae nigrae, ad utramque Bospori partem ex adverso sitae, olim tam propinquae inter se fuisse videntur, ut freti cursus rapidissimus et navibus periculosissimus fieret. Inde famam ortam esse veri simillimum est, antequam Argo per eas navigaret, omnes naves pervehentes rupium earum concursu perfractas esse. Itaque ut hic συνδρομάδες ita in v. 263 Συμπληγάδες, in v. 124 συγχωροῦσαι πέτραι, in Eur. Med. v. 2 κυάνεαι Συμπληγάδες, in v. 1263 εἰσβολὰ κυανεᾶν Συμπληγάδων πετρᾶν nominantur. Ex quibus Graeci, ubi evaserunt, in septentrionem versus Ponti Euxini oram, quae ad orientem spectat, praetervecti sunt. Quae ora ἀκταὶ Φινηίδες a poeta appellatur, quod Phineus ibi olim regnavit et Salmydessus, sedes eius, in Ponti Euxini occidentali litore sita erat. Phineus vero Atheniensibus satis notus erat. Nam Cleopatram, filiam Orithyiae Atheniensis et Boreae, in matrimonium ductam abegit et alteram duxit uxorem, a qua Calaïs et Zetes, Cleopatrae filii, caecati sunt. Quorum calamitatem chorus queritur in Soph. Antig. versibus 966—971. ἄυπνος „insomnis“ „schlaflos, ruhelos“ illa ora vocatur, quod mare et litus nunquam tranquillum quietumque ibi est, sed semper ventis agitur et turbatur. Ut hac re nautis periculosissima erat, ita non minus vadis et pulvinis, quibus naves tempestatum vi illatae facile naufragium facere possunt. Itaque Wieseleri coniectura, qui ἀίκτους „aditu carentes“ „unzugänglich“ proponit, non est probanda, prae-

sertim cum *ἄικτος* rarissime inveniatur. Describitur autem haec ora etiam a Xenophonte in Anab. VII 5, 12: *Σαλμυδησσὸν ἔνθα τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεουσῶν νεῶν πολλαὶ ἀκέλλουσι καὶ ἐκπίπτουσι· τέναγος γάρ ἐστιν ἐπὶ πάμπολυ τῆς θαλάσσης*, et a Strabone in geogr. VII 6 ἔρημος *αἰγιαλὸς καὶ λιθώδης, ἀλίμενος, ἀναπεπταμένος πολὺς πρὸς τοὺς βορέας, σταδίων ὅσον ἑπτακοσίων μέχρι Κυανέων τὸ μήκος*, et ab Aesch. in Prom. versibus 726—27: *τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος — ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν*. Verbum *περᾶν* per ζεύγμα figuram quae vocatur dictum mihi videtur esse. Graeci enim per Symplegadas illas quidem, sed iidem praeter oram maritimam vecti sunt. Etiam nostra lingua dici potest: Wie passierten sie die Symplegaden und die Küste des Meeres?

Verba quae sequuntur in codicibus sic tradita: *παράλιον αἰγιαλὸν ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ δραμόντες* magnam difficultatem praebent. Cognosci enim nequit unde accusativus *αἰγιαλόν* pendeat. Itaque Seidlerus ne littera quidem mutata bene *παρ' ἄλιον* scripsit. Nihilominus locus viris doctis dubitationes iniecit. Musgravius igitur *παρ' ἄβιον*, Monkius *παράλιόν τ'*, Weckleinius olim ex illo Strabonis loco *ἀλίμενον* coniecit, nunc autem Seidleri coniecturam in textum recepit et pro *ῥοθίῳ* proponit *ῥόθιον*, Bergkius *ῥοθίων*. Sed omnes commutationes improbandae sunt, cum lectio tradita bene defendi possit. Nam mihi quidem poeta his verbis ea, quae antea dixit, maxime *ἀύπνους*, ita planius explicare videtur, ut illustret quantis undis Graeci litus praetervehentes oppressi sint. Verba enim *ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ* significant „auf dem Wogenschwalm der brandenden Meerflut“. Neque in eo offendendum est quod in verbis *παρ' ἄλιον αἰγιαλόν* motus inest, non item in verbis *ἐπ' Ἀμφιτρίτας*. Namque poeta hoc modo depingere studet navem, dum praeter oram maritimam vehitur, in aestu esse et valde agitari. Etenim insequentibus quoque verbis Euripides strepitum ac motum undarum describit chorum quinquaginta Nereidum circum navem cecinisse ac saltasse fingens. Sed crux critica eo efficitur quod, ut versus *Νηρήεων χοροί* cum antistrophico quadret, duae syllabae breves supplendae videntur esse, neque satis

apparet unde dativus ἐγκυκλίοις, quem codices exhibent, pendeat vel quacum voce coniungendus sit. Itaque, ut sex alias coniecturas ad hunc locum factas (cf. Prinz-Weckl. i. app. p. 69) omittam, Heathius deleta littera ζ, quam errore librarii additam esse veri simile est, bene ἐγκύκλιοι scripsit et cum χοροί coniunxit. Iam vero ut difficultas metrica tolleretur, Hermannus ποσί (ἐγκυκλίοις), Weckleinius ὄπα (μέλπουσιν) adiunxerunt et scribere voluerunt Νηρηίδων ποσί (ὄπα) χοροί (— ′ — ′ ′ ′ ′) ut versus cum antistrophico δεσποίνης χειρὶ θάνοι (— ′ — ′ ′ ′ ′) quadret. Sed difficultas metrica omnino non extat. Nam versus strophicus hoc modo legendus est: Νηρηίδων χοροί — ′ ′ ′ ′ ′ ′. Habemus igitur tripodiam trochaicam catalecticam cum anacrusi coniunctam, ut trochaeis strophicis in antistropha spondeus et tribrachus respondeant. Nam sine dubio forma Νηρηίδων hic talis retinenda est, qualis codicibus exhibetur. Etiam in El. γ. 434 ab Euripide hoc modo usurpatur: πέμπουσαι χοροὺς μετὰ Νηρηίδων (′ — ′ ′ ′ ′ ′ ′ ′ ′ ′ ′), nam versus antistrophicus hic est: μόχθους ἀσπιστὰς ἔφερον τευχέων (′ — ′ — ′ ′ ′ ′ ′ ′ ′ ′). Quamquam aliis locis Euripideis Νηρηίδων scribendum ac legendum esse non nego. Ex recentioribus editoribus recte unus Reiterus Νηρηίδων χοροί μέλπουσιν ἐγκύκλιοι in textum recepit. Germanice autem Weckleinius bene vertit: „Der Nereiden kreisförmige Chöre singen und tanzen“, „der Nereiden Chöre singen und tanzen im Kreise“, „lassen ihre Weisen erschallen im Ringeltanz“. Cum hoc loco bene conferri potest Hor. Od. II 12,17: Quam nec ferre pedem dedecuit choris. — In versibus insequentibus verbum εὐναίος viris doctis graves dubitationes movit, ita ut alii alia verba ad πηδαλίων posuerint, veluti Weckleinius εὐθύνων. Sed mutationes illae non necessariae mihi videntur esse. Nam εὐναίος, quae vox ab εὐνή vel εὐναία „cubile“ ducenda est, idem valet quod ἐν εὐνή, εὐναία ὦν, κείμενος. Cubile autem is locus est, in quo iugum gubernaculi eubat, quo cum nave coniunctum est, circum quem torquetur, ut idem significet quod in v. 1356 εὐθοντήριαι „Angeln“ et εὐναίος idem quod εὐθοντήριος „lenkend“. Ita explicatum adiectivum εὐναίος bene aptum est ad verbum συρῆειν „indem

das lenkende Steuerruder, d. St. am Hinterteile in den Angeln knarrt“. — Iam vero L. P. αὔραις νοτίαις exhibent, l. ἐν addidit, quo syllaba producta, quae ante νοτίαις metro postulatur, restituta est. Sed equidem et ἐν et σὺν quod Weckleinius supplevit, et ceteras omnes coniecturas reiiciendas et cum Heathio Kirchhoffioque αὔραισιν scribendum esse puto. Nam facillime a librario littera ν, praesertim cum ν sequatur, et deinde littera ι omitti poterat. Tum αὔραισιν νοτίαις „auris australibus“ „auris austri“ „durch, unter des Südwind's Hauch“ dativum instrumenti esse inde satis apparet quod particula disiunctiva ἤ cum dativo instrumenti πνεύμασι Ζεφύρου coniuncta est. Gubernaculum vero eo stridet quod venti fluctusque navem ita vexant, ut gubernator, ut rectum cursum teneat, gubernaculum aegre aut torqueat aut retineat. Quibus dativis sine dubio dativus πλησιστοῖσι πνοαῖς etsi planius explicatur, tamen non modo a verbo συρῆζειν, sed a totius enuntiati verbo ἐπέρασαν, quod etiam ἐπ' αἶαν et κατὰ πόντον sequuntur, ita mihi videtur pendere, ut ἀπὸ κοινοῦ ad utrumque verbum pertineat. Ventis enim vela implentibus et gubernaculum stridet et Graeci Salmydessum praetervecti ad Leucen insulam inter Istri et Borysthenis ostia sitam perveniunt. Haec insula Achilli, qui post mortem ibi versari dicebatur, sacra, hic a ποιῆτα δρόμοι Ἀχιλλέως appellatur, cum Achilles, ut vivus facere solebat, ita etiam mortuus armis et cursu se suosque in ea exercuisse traderetur. — Verbum vero καλλισταδίου ποιῆτις hic dictum est pro καλούς, cum σταδίου ad δρόμους respiciat; saepe enim eiusmodi adiectiva in tragoediis inveniuntur, in quibus notio eius substantivi insit, quocum coniunguntur, velut κακοτυχεῖς πότιμοι, βαρύθυμος ὄργα (cf. Wilamov. ed. Herc. II, p. 182 ad v. 689). Quo dicendi genere tragici cum metri causa utuntur, tum maxime ut maiore verborum copia ac vi loquantur. Πολυόρνιθον (L. P. πολιορνιθον) Euripides insulam Achillis appellat, quod multae aves, ut cyeni, gaviae, grues in ea versari solent. Formam Ἀχιλλῆος Aldina recte exhibet, codices Ἀχιλλῆος, quod propter metrum recipi non potest; ἄξεινον recte P, in L deest α, l addidit εν, antecedenti autem versui. — Sed transeamus ad antistropham

alteram interpretandam. Cuius primus versus in codicibus sic legitur: εἴθ' εὐχαίσιν δεσποσύνας. Cum δεσποσύνη valeat „dominatus“ „Herrschaft“, retineri nequit. Itaque Marklandus levi mutatione recte δεσποσύνοις scripsit. Nam sine dubio poëta pro genetivo δεσποίνας adiectivum δεσπύσυνος posuit. Idem facit in Hecubae versu 99: τὰς δεσποσύνους σκηγὰς προλιποῦσ' ἔν' . . . Verbis illis chorus respicit ad id quod Iphigenia versibus 355—59 quæta est, nempe quod Helena, quam domum iam revertisse neque ipsa neque chorus scire possunt, et per quam ipsa perierit, Troia rediens ad oram Tauricam delata non sit, ut eam immolans ulcisceretur. Dativus autem εὐχαίσιν est dativus instrumenti existimandus. Chorus enim opinari videtur precibus Iphigeniæ effici posse ut Helena in Tauros perveniat. Itaque hic dativus eandem fere vim habet quam praepositio κατὰ cum accusativo vel σύν cum dativo coniuncta „gemäss“, „in Übereinstimmung mit dem Wunsche meiner Herrin“. — Verba insequentia in codicibus hæc leguntur: ἔν' ἀμφὶ χαίτα (L) χαίτα (P) χαίταν (Aldina) δρόσον αἱματηρὰν εἰλιχθεῖσα (L. P.) εἰλιχθεῖσα (l) . . . θάνη. Cum dativus χαίτα facile et recte restitutus et εἰλιχθεῖσα ab omnibus in textum receptum sit, tamen coniunctivus θάνη offensionem præbuit. Neque enim dubium est quin enuntiatum ἔνα θάνη, cum ab alio enuntiato pendeat, quod optationem optativo significat, lege linguae Graecæ ipsum in optativo sit ponendum. Itaque Seidlerus pro θάνη levi mutatione recte θάνοι scripsit. Quamquam non desunt qui coniunctivum retinendum esse censeant, veluti Klotzius, Kvičala, Koechlyus, Bruhnius. Contendunt enim coniunctivum θάνη sic suum locum habere, si dicamus hoc ex mente chori dici, quo optet ut hac ratione Helena moriatur, poenam solvens dominae. Sed subtilius et artificiosius viri docti agere mihi videntur. Enuntiatum enim finale non minus ex Iphigeniæ mente dicitur quam id quod antecedit; neque enim minus illo id continetur quod Helena optat quam antecedenti enuntiato. Iam vero vox δρόσος „ros“ „der Tau“ hic translate significat „humorem“ „Nass“ „aquam lustralem“ „Weihwasser“. Quae poëtice αἱματηρὰ „cruenta“ nominatur; nam ipsa

quidem cruenta non est, sed is, cuius caput ea circumfunditur, cruentus fit, cum ad cruentam mactationem initietur. Magnas dubitationes excitavit *ελιχθεῖσα*; non propter formam ionicam vel epicam, quippe quae et apud poëtas minime inusitata sit nec metro repugnet. Dubitatio illa maxime ad vocabulum ipsum pertinet. Itaque viri docti alii alia proposuerunt. Quibuscum non consentio, sed cum Weckleinio *ελιχθεῖσα* satis defendi posse existimo. Aqua enim lustralis, qua caput circumfunditur, a poëta coronae comparatur, qua caput redimitum est, quamquam accusativum *δρόσον* liberius atque audacius loco dativi a poëta positum esse concedo. Bene haec verba Meklerus explicat: *ἀμφὶ χαίτην δρόσον αίματηράν ελιχθεῖσα* „um den Scheitel blutiges Nass wie einen Kranz gewunden“. — In versu qui sequitur *ποινας δούσ' ἀντιπάλους* vox *ἀντίπαλος* proprie de libra ita dicitur, ut multa quae pro scelere solvitur, quasi eodem pondere sit quo scelus „das Gleichgewicht haltend“, hic translate ut poena omnino sceleri respondeat „entsprechend“. Spectat enim ad veterum ius talionis. Itaque cum Iphigenia per Helenam quasi occiderit (v. 356: *ἦ μ' ἀπώλεσεν*), chorus optat ut haec poenam satis magnam eo solvat, quod ipsa per illam caedatur. Quamquam Iphigenia non ipsa homines mactat; verba enim *λαμοτόμφ χειρὶ* poëtice dicta et facile ita explicanda sunt, ut illa homines aqua lustrali aspergens efficiat ut mactentur, vel ita, ut omnino caedis auctrix sit. Etiam in v. 871 dicit: *ἔξ ἐμῶν δαίχθεις χερῶν* (Ὀρέστης).

In versu insequenti, quem codices sic exhibent: *ἦδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγελίαν* viri docti offendunt, quia metro strophico non respondet et hoc loco particula adversativa requiritur. Chorus enim optat ut Helena poenam solvat, maxime autem ut ipse domum redeat. Itaque Hermannus *τήν*, quod non desideratur, recte delevit et scripsit: *ἦδιστ' ἂν ἀγγελίαν*. Quae particulae *δέ* collocatio, quamquam rarior est, tamen satis defendi potest. Etiam in hac fabula invenitur, in v. 1217: *ἦνίκα' ἂν δ' ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι*. Pronomen autem demonstrativum eo inutile est, quod insequenti enuntiato *πλωτήρων εἰ τις ἔβη* non significatur quid nuntiari chorus cupiat, sed qua condicione nuntium

accipere possit nautam Graecum advenisse. — Iam vero de forma δεξαίμεθ' dicendum est. Codices enim δεξαίμεθ' exhibent, l δεξαίμεσθ'. Plurimi editores δεξαίμεσθ', quippe quae forma ab Homero accepta a tragicis saepe usurpetur metroque non repugnet, in textum receperunt. Aliter Hermannus, ea quoque forma malam imperiti metrici manum agnosci arbitratus. Non male; nam in versibus logaoedicis saepe trochaeus spondeo respondet. Metrum igitur nihil valet ad diiudicandum, utrum δεξαίμεσθ' an δεξαίμεθ' melius scribatur. Nihilosecius cum Hermanno δεξαίμεθ' scribi velim; primum eo quod haec forma codicibus traditur, deinde propter loquendi usum poëtae. Ponit enim, quantum video, μεσθα, si syllaba ictum habet, in thesi; si non, in arsi, semper μεθα, etiamsi propter metrum μεσθα poni potest. Velut in Ionis v. 863: πρὸς τίν' ἀγῶνας τιθέμεσθ' ἀρετῆς (— — — — —) et in Hippolyti v. 1093: σύνθακε συγκύναγε, φευξόμεσθα δή (— — — — —). Contra in Ionis v. 208: ὠδε δερκόμεθ', ὦ φίλοι (— — — — —) in Suppl. v. 626 κεκλημένους μὲν ἀνακαλούμεθ' αὖ θεούς et in Baech. v. 800: ἀπόρην γε τῷδε συμπεπλεγμένα ξένῳ et in Hecubae v. 315: πότερα μαχούμεθ' ἢ φιλοψυχήσομεν et in nostrae fabulae v. 296: συγῆ καθήμεθ'. ὃ δὲ χερὶ σπάσας ξίφος. — In versibus δουλείας ἐμέθεν — δειλαίας παυσίπονος verba δουλείας δειλαίας tam similiter sonant, ut poëta ea per „parechesin“ figuram quae vocatur scripsisse videatur. Idem fit in Hecubae versibus 155—156: δειλαία δειλαίου γήρως, — δουλείας τὰς οὐ τλατὰς . . . Recte igitur Meklerus dicit: Der doppelte Gleichklang ist nicht zufällig, et poëtam imitans vertit: Mich Dienende, Duldende von Frohne befreiend. Genetivus δουλείας a substantivo πόνος pendet, quod adiectivo παυσίπονος continetur, ita ut παυσίπονος idem sit quod παύων πόνους (δουλείας). Cuius rei exempla affero Soph. El. v. 1386: βεβῶσιν ἄρτι δωμάτων ὑπόστεγοι et Trach. v. 247: χρόνον βεβῶς ἦν ἡμερῶν ἀνήριθμον. — Gravissima difficultas nobis occurrit in postremis versibus antistrophae. Codicibus enim haec verba tradita sunt: γὰρ ὄνειρασι συμβαίην . . . ἀπόλαυσιν . . . l addidit καὶ in fine antecedentis versus et exhibet non ἀπόλαυσιν sed ἀπολαβεῖν, cum

„secunda manus ex compendiose scripto σιν fecerit εν“. Quae tam corrupta sunt, ut, quot viri docti hunc locum tractaverunt, tot¹⁾ variis modis eum sanare studuerint. De quibus accuratius dicere et longum neque necessarium est. Nam quamvis acute arguteque de hac re coniecerint, tamen particulam γάρ non satis spectasse mihi videntur. Virgines non modo optant ut servitute liberentur, sed etiam suo iure sperant se ea quae cupiunt consecuturas esse. Nam summo patriae desiderio captae somniaverunt se domi esse cantibusque laetis oblectari. Veteres autem somniis permultum tribuisse satis notum est. Nam quis est quin Penelopae illa verba recordetur (Od. 19, 541—42), quae marito dicit, quem nondum recognovit et cuius desiderio paene conficitur: ἀτὰρ ἐγὼ κλαῖον καὶ ἐκόκυον ἐν περ δνεῖρω, — ἀμφὶ δ' ἔμ' ἠγγερέθοντο ἐυπλοκαμίδες Ἀχαιοὶ . . . Dubito an Euripides verba Penelopae in animo habuerit, cum haec scriberet. Saepius poëta noster personas de somniis dicentes facit, velut in huius fabulae versu 150: οἴαν ἰδόμαν ὄψιν δνεῖρων νυκτός, . . . et in Herc. v. 111 ss.: δόκημα νυκτερωπὸν ἐννύχων δνεῖρων et in Hec. v. 71 ss.: μητρὸν δνεῖρων, ἀποπέμπομαι ἐννύχων ὄψιν . . . Itaque cum hoc enuntiato non optatio, sed causa optandi contineatur, non optativus, sed indicativus ponendus versusque hoc modo scribendus mihi videtur esse: ἐν γάρ δνεῖρῳ συνέβα μοι . . . ἀπολαύειν. „Nam somnio mihi evenit, ut domi . . . fruerer“, i. e. „nam somniavi me domi . . . frui.“ Neque in structura offendi potest, cum συμβαίνει „evenit“ „es passiert, begegnet“ et cum dativo et accusativo cum infinitivo coniungi soleat. Praeterea mutatio est lenissima. Facile enim a librario pro συνέβα μοι συμβαίνην scribi poterat, cum litteras μ, ν, ι in falso loco poneret. — Sed laetis cantibus oblectari virgines nusquam possunt nisi domi et in patria, δόμοις πόλει τε πατρώα, i. e. una cum suis, sororibus, propinquis, puellis familiaribus; nam δόμοις valet idem quod in familia, πόλει τε πατρώα in patria. Pie grateque chorus primum domesticos, parentes, sorores, fratres, deinde alios cives aliasque populares commemorat.

1) Prinz-Weckleinus in append. XVII coniecturas affert.

Atque dativum praepositione ἐν omissa poëtae ut locum significant, non raro adhibent, veluti Soph. in El. v. 313: νῦν δ' ἀγροῖσι τυγχάνει et Euripides, quamquam ante δόμοις praepositionem ἐν rarissime omittit, in Herc. v. 116: τάλαινα μᾶτερ, ἃ τὸν Ἄϊδα δόμοις πόσιν ἀναστενάξεις. — Postrema antistrophae alterius verba hoc modo tradita sunt: κοινὰν χάριν ἔλβα L. P., ἔλβω I, iota subscripto addito ἔλβω. Abstractum ἔλβος „opes, felicitas“ poëtice dictum est pro ἔλβιοι „fortunati, felices“, „begüttert, glücklich“. Quae verba viris doctis tantae offensionis fuerunt, ut alii alia coniecerint. Equidem cum Paleyo κοινὰ χάρις ἔλβω scribere velim, ita ut χάρις appositio sit verborum ἀπολαύειν τερπνῶν ὕμνων. Itaque bene Meklerus¹⁾ explicat: Der Genuss anmutiger Gesänge, eine den Glückskindern gemeinsame (in geselligem Beisammensein Ausdruck findende) Freude . . . Der Chor möchte „mit den Frohen sich erfreuen“.

Subito chori dux Orestem et Pyladem appropinquare nuntiat captivique ipsi manibus post tergum vinctis a Tauris a dextra adducuntur. Quae dum fiunt, Iphigenia rursus procedit. Versus anapaesticos ἀλλ' οἶδε χέρας . . . ἀναφαίνει dubium non est quin chori dux pronuntiet. Itaque etiamsi in codicibus Iphigeniae adscripti sunt, tamen optimo iure Seidlerus choro eos attribuit. Vitia quae in his versibus inveniuntur, emendatione facillima tolli possunt. Veluti L. P. διδύμοις exhibent quod iam Marklandus recte in διδυμοι mutavit. Sed Elmsleyus et Bergkiius nodum in scirpo quaerebant, cum ordinem insequentium enuntiatorum perversum esse putarent. Qui ut connexum eorum aptiorem redderent, verba οὐδ' ἀγγελίας . . . ἀνήρ ante σιγάτε, φίλοι. τὰ . . . βαίνει posuerunt. Non recte. Nam et vix intellegi potest, quomodo genuina verborum positio tantopere mutata sit, et eam per se stare posse satis apparet. Coniunctio enim ἀλλά cum imperativo σιγάτε coniungenda et ad verba οἶδε χωροῦσι, quae quasi in parenthesi dicuntur, coniunctio γάρ subaudienda est. Cuius rei multa exempla inveniuntur, velut in huius fabulae v. 65:

1) Mekler, Eur. Iph. in Taurien p. 26.

ἀλλ' ἐξ αἰτίας οὔπω τινὸς πάρεισιν, εἴμ' εἴσω δόμων. Quae scripta sunt pro: ἀλλ' εἴμι εἴσω δόμων· οὔπω γὰρ πάρεισιν. — Verbis qui sequuntur τὰ γὰρ . . . βαίνει verba οἶδε δίδυμοι explicantur, quare illos statim haec subsecutos esse consentaneum est. Primum enim virgo re inopinata quasi oppressa duos homines manibus vinctis advenientes quasi digito demonstravit; deinde postquam appropinquantes clarius cognovit, accuratius Graecos esse dicit. Verbis autem οὐδ' ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακεν βουφορβὸς ἀνὴρ et totam rem a pastore recte narratam et Graecos ipsos recte descriptos esse confirmatur. Fieri enim potest ut verba Ἑλλήνων ἀκροθίνια ad illa pastoris verba spectent, quae sunt in versibus 336—337: εὐχου δὲ τοιάδ', ὦ νεᾶνι, σοὶ ξένων — σφάγια παρεῖναι. Verbo ἀκροθίνια proprie summa optimaque pars acervi, translate primitiae frugum diis oblatae et optima pars praedae venaticae et bellicae diis sacratae significantur. Itaque cum hic de hominibus deae sacrandis atque immolandis agatur, hanc vocem ad pulcherrimam Graecorum speciem et formam spectare valde verisimile est. Eodem modo poeta hac voce utitur in Rhesi v. 470: τήνδ' ἐλευθέραν πόλιν — θῶμεν θεοῖσι τ' ἀκροθίνι' ἐξέλης, . . . et in Herc. v. 287: δεσμοῖς τε δήσας χεῖρας ἀκροθίνιον — κάλλιστον ἦκει τὸν στρατηλάτην ἄγων. — Verba Ἑλλησι διδοῦς, quae Hermannus frustra explicare studebat, a Bergkio recte deleta sunt. Nam et participium generis activi διδοῦς plane sensu caret, praeterquam quod aliud tempus, sive perfectum sive aoristus, requiritur, et vox Ἑλλησι, cum verba παρ' ἡμῖν antecedant, tam supervacanea est, ut etiam Kirchoffii coniectura Ἑλλησι δοθεῖς comprobari nequeat. Quae verba quomodo in textum irrepserint, certo scire nequimus. Sed verisimile est ea primo non post ὅσας, sed post ἡμῖν scripta fuisse. Fieri enim potuit ut ab altero, qui hanc fabulam legebat, ad explicandum pronomen ἡμῖν substantivum Ἑλλησι ascriberetur, tum ab altero rei metricae non ignaro, ut totus versus monometer vel dimeter anapaesticus efficeretur, adiectivum ἕδος adiungeretur. Denique fortasse tertius pro Ἑλλη CIAIOC
perverse scripsit Ἑλλη CIAIAOYC et verba in hoc

loco posuit. Meklerus ut verba Ἑλλησι διδοῦς retineret, ante ea θηρῶν μόνον αἷμα' supplevit et explicat „damit dass es Hellenen nur Tierblut zu Opfern zu brauchen gestattet, erklärt das heimische Gesetz die hiezulande herrschende Sitte der Menschenopfer für gottlos“. Sed cum utraque mutatio non lenis sit, tamen verbis Ἑλλησι διδοῦς deletis sensus verborum melior mihi videtur esse quam θηρῶν μόνον αἷμα' additis.

stropha I

κυάνεαι κυάνεαι σύνοδοι θαλάσσης	´ ¨ ¨ ´ ¨ ¨ ´ ¨ ¨ ´ ¨ ¨ ´ ¨ ¨
ἔν' οἴστρος ὁ ποτώμενος Ἀργόθεν	¨ ´ ¨ ¨ ¨ ´ ¨ ¨ ´ ¨ ¨
ἄξενον ἐπ' οἴζμα διεπέρασε πόρτι	— ¨ ¨ ¨ ´ ¨ ¨ ¨ ´ ¨ ¨ ´ ¨ ´
Ἄσιήτιδα γαῖαν	¨ ¨ ´ ¨ ¨ ´ ¨
Εὐρώπας διαμείψας.	´ — ´ ¨ ´ ¨ —
τίνες ποτ' ἄρα τὸν εὐὐδρον δονακόχλοα	¨ ´ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨
λιπόντες Εὐρώταν	¨ ´ ¨ ¨ ´ ´ ´
ἢ βεύματα σεμνά Δίρκας	— ´ ¨ ¨ ¨ ´ ¨ ´
ἔβασαν ἔβασαν ἄμικτον αἶαν, ἔνθα κούρα	¨ ´ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ´ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨ ¨
διὰ τέγγει.	´ ´ ´ ´
βωμοὺς καὶ περικίονας	´ — ´ ¨ ¨ ´ ¨ ´
ναοὺς αἶμα βρότειον;	´ — ´ ¨ ¨ ´ ¨ ¨

O dunkler, dunkler Meereszusammenfluss, wo die von Argos herfliegende Bremse die Io über das unwirtliche Meer trieb, für Europa das asiatische Land eintauschend. Wer sind sie denn, die den wasserreichen, von Rohr grünenden Eurotas oder der Dirke heiligen Quell verlassen haben und gekommen, ja gekommen sind in ein Land, das keinen Verkehr pflegt, wo zu Ehren der Tochter des Zeus Menschenblut Altäre und mit Säulen umgebene Tempel benetzt?

antistropha I

ἤϊρόθοις εἰλατίνας δικρότοισι κόπαις	h. l. ac. s. i. p. (in pede) II
ἔλασαν ἐπὶ πόντια κόματα	tetr. l. an. s. i. p. I
νάιον ἔχγημα λινοπόροισιν αὔραις	h. tr. c. an. s. i. p. V
φιλόπλουτον ἄμιλλαν	v. Ad. an.
αὔξοντες μελάθροισιν;	ph. II
φιλα γὰρ ἐλπίς ἐγένετ' ἐπὶ παθήμασιν	p. l. ac. an.
ἄπληστος ἀνθρώποις	tetr. l. c. an. s. i. p. II et III
ἔλβου βάρως οἱ φέρονται	tetr. l. c. an. s. i. p. III
πλάνητες ἐπ' οἶθμα πόλεις τε βαρβάρους περῶντες	h. l. ac. an.
κεινῆ δόξα.	tetr. l. c. s. p. I II III
γνώμα δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ἔλ-	gl. II
βου, τοῖς δ' εἰς μέσον ἤκει.	ph. II

Sind es Männer, die mit dem rauschenden Doppelschlage des fichtenen Ruders ihr Fahrzeug über die Meereswogen getrieben haben im segelschwellenden Lufthauch, mit Wetteifer für ihr Haus nach Mehrung des geliebten Reichtums strebend? Denn die süsse Hoffnung ward bis zum Verderben unersättlich den Menschen, die schweren Reichtum zu gewinnen suchen, indem sie auf dem Meere umherschweifen und fremde Länder durchziehen in eitlen Wahne. Indes die einen zwar haben einen masslosen Sinn, wenn es Reichtum zu erwerben gilt, die anderen jedoch einen massvollen.

strophæ II

πῶς τὰς συνδρομάδας πέτρας,	— — — — — — — — — —
πῶς Φινηγίδας ἀύπνους	— — — — — — — — — —
ἀκτὰς ἐπέρασαν	— — — — — — — — — —
παρ' ἄλιον αἰγιαλὸν ἐπ' Ἀμφιτρίτας	— — — — — — — — — —
βροθίῳ δραμόντες,	— — — — — — — — — —
ὅπου πεντήκοντα κορᾶν	— — — — — — — — — —
Νηρηίδων χοροί	— — — — — — — — — —
μέλπουσιν ἐγκύκλιοι	— — — — — — — — — —
πλησιαιτίοισι πνοαῖς	— — — — — — — — — —
συριζόντων κατὰ πρύμναν	— — — — — — — — — —
εὐναίων πηθαλίων	— — — — — — — — — —
αὔραισιν νοτιάς	— — — — — — — — — —
ἢ πνεύμασι Ζεφύρου	— — — — — — — — — —
τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν,	— — — — — — — — — —
λευκὰν ἀκτάν, Ἀχιλλῆος	— — — — — — — — — —
δρόμους καλλισταθλοῦς,	— — — — — — — — — —
ἄξιον κατὰ πόντον;	— — — — — — — — — —

Wie sind sie hindurchgekommen durch die zusammenstossenden Felsen?
 Wie vorbei an den ruhelosen Gestaden des Phineus, an der Meeresküste
 auf der Amphitrite Wogenschwalm dahin eilend, wo der fünfzig Nereustöchter
 Chöre zum Rundtanz ihre Weisen erschallen lassen, unter dem Wehen der
 segelschwellenden Winde, während am Hinterteile das Steuerruder in den
 Angeln knarrt, unter des Südwind's Hauch oder des Westwind's Blasen, hin zu
 dem an Vögeln reichen Lande, dem weissen Gestade, des Achilles schöner
 Rennbahn, über das unwirtliche Meer?

ἀλλ' οὔτε χέρας θεσμοῖς δίδυμοι	— — — — — — — — — —
συνερισθέντες χωροῦσι νέον	— — — — — — — — — —
πρόσφαγμα θεᾶς· σιγάτε, φίλοι.	— — — — — — — — — —
τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια δῆ	— — — — — — — — — —
ναοῖσι πέλας τάδε βαινει·	— — — — — — — — — —
οὐδ' ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακεν	— — — — — — — — — —
βουφορβὸς ἀνήρ.	— — — — — — — — — —
ὦ πόντι', εἰ σοι τὰδ' ἀρεσκόντως	— — — — — — — — — —
πόλις ἦδε τελεῖ, δέξει θυσίας,	— — — — — — — — — —
ἄς ὁ παρ' ἡμῖν	— — — — — — — — — —
νόμος οὐχ ὀσίας ἀναφαίνει.	— — — — — — — — — —

antistropha II

εἶθ' εὐχαΐσιν δεσποσύνοις

Λήδας Ἑλένα φίλα παῖς

ἐλθοῦσα τήχοι τὰν

Τρωάδα λιποῦσα πόλιν, ἔν' ἀμφὶ χαιῖτα

θρόσον αἱματηρὰν

εἰλιχθεῖσα λαιμοτόμῳ

δεσποίνης χερὶ θάνοι

ποινάς δοῦσ' ἀντιπάλους.

ἦδιστ' ἂν δ' ἀγγελίαν

δεξαίμεθ', Ἑλλάδος ἐκ γᾶς

πλωτῆρων εἴ τις ἔβα

δουλείας ἐμέθεν

θειλαίας πανσίπονος·

ἐν γὰρ ὄνειρῳ συνέβα μοι

θόμοις πόλει τε πατρῶα

τερπνῶν ὕμνων ἀπολαύ-

ειν, κοινὰ χάρις ἔλβη.

gl. II ∪ gl. III

tetr. l. c. an. s. i. p. III

tetr. l. c. an. s. i. p. II

trimeter iambicus c.

dipod. troch. ac. an.

tetr. l. c. an. s. i. p. I

tr. troch. c. an.

tr. l. c. an.

idem

tetr. l. c. an. s. i. p. III

tetr. l. c. an. s. i. p. I et II

tetr. l. c. s. i. p. I et II

tetr. l. c. an.

tetr. l. ac. s. i. p. II

tr. l. ac. (ph. II) an.

tr. l. c. an.

ph. II

O dass doch, nach meiner Herrin Wunsche, Helena, der Leda geliebte Tochter, nachdem sie die Stadt Troja verlassen, hierher käme, damit sie, am Haupthaar ringsum mit dem zur blutigen Opferung Weihenden Wasser begossen, durch der Herrin todbringende Hand stürbe, angemessene Sühne zahlend! Am liebsten aber würden wir eine Botschaft empfangen, wenn aus Griechenland ein Schiffer käme, meiner elenden Knechtschaft Drangsal beendigend! Denn im Traume ist es mir begegnet, dass ich in meiner Heimat und Vaterstadt liebliche Gesänge genoss, eine den Glückskindern gemeinsame Freude.

dimetri anapaestici

acatalectici

dimeter anap. cat. paroemiacus

dim. anap. acat.

monometer anap. acat. ?

Aber da gehen ja die beiden, die Hände gefesselt, ein neues Opfer der Göttin; — schweigt Freundinnen! Denn hier nahen die ihr geweihten Hellenen dem Tempel, und keine trügerische Botschaft hat der Rinderhirt verkündet.

dim. anap. acat.

monometer anap. acat.

paroemiacus.

O hehre Göttin, wenn die Stadt hier dir diese zu deinem Wohlgefallen darbringt, so nimm gnädig Opfer an, die der bei uns bestehende Brauch als nicht heilig bezeichnet.

Bibliography

- 1890
- 1891
- 1892
- 1893
- 1894
- 1895
- 1896
- 1897
- 1898
- 1899
- 1900
- 1901
- 1902
- 1903
- 1904
- 1905
- 1906
- 1907
- 1908
- 1909
- 1910
- 1911
- 1912
- 1913
- 1914
- 1915
- 1916
- 1917
- 1918
- 1919
- 1920
- 1921
- 1922
- 1923
- 1924
- 1925
- 1926
- 1927
- 1928
- 1929
- 1930
- 1931
- 1932
- 1933
- 1934
- 1935
- 1936
- 1937
- 1938
- 1939
- 1940
- 1941
- 1942
- 1943
- 1944
- 1945
- 1946
- 1947
- 1948
- 1949
- 1950
- 1951
- 1952
- 1953
- 1954
- 1955
- 1956
- 1957
- 1958
- 1959
- 1960
- 1961
- 1962
- 1963
- 1964
- 1965
- 1966
- 1967
- 1968
- 1969
- 1970
- 1971
- 1972
- 1973
- 1974
- 1975
- 1976
- 1977
- 1978
- 1979
- 1980
- 1981
- 1982
- 1983
- 1984
- 1985
- 1986
- 1987
- 1988
- 1989
- 1990
- 1991
- 1992
- 1993
- 1994
- 1995
- 1996
- 1997
- 1998
- 1999
- 2000
- 2001
- 2002
- 2003
- 2004
- 2005
- 2006
- 2007
- 2008
- 2009
- 2010
- 2011
- 2012
- 2013
- 2014
- 2015
- 2016
- 2017
- 2018
- 2019
- 2020
- 2021
- 2022
- 2023
- 2024
- 2025